

Theol. 2549 (70)

THESES
UNIVERSA
THEOLOGIA,
QUAS
AD
MAJOREM DEI
GLORIAM,
DEIPARÆQUE VIRGINIS
S. JOANNIS NEPOMU-
CENI HONOREM,
In Alma Imperiali Ottoniano-Fridericiana Bam-

bergenium Academia

Pro obtainendâ supremâ Theologiæ Laureâ

Publicæ Eruditorum Concertationi exponit

LOTHARIUS FRANCISCUS VOGEL,

Bambergensis Ss. Theologiæ Baccalaureus Bib-

licus & Formatus Principalis Seminarii Ernestino-

Fridericiani Alumnus Presbyter.

Die 20. Decembris horis ante- & post meridiem consuetis, Anno MDCCXLV.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

BAMBERGÆ. Apud Georgium Andream Gertner, Principalis Aulæ,
Reverendissimi Capituli, & Almae Academiae Typographum.



THESES THEOLOGIÆ SPECULATIVÆ *EX PRIMA PARTE D. THOMÆ* DE E DEO UNO, TRINO; & ANGELIS.

I. *Existentia DEI*

Est nota per se quoad se, non quoad nos viatores;
Ratione naturali evidenter demonstratur à posteriori;
Ignorari ab homine etiam rudi saltē ad longum tempus invincibiliter
non potest.

II. *Essentia DEI*

PHysica perfectiones omnes tum absolutas tum relativas complectitur;
Metaphysica in solâ ratione entis à se consistit;
Attributa nec s̄e invicem, neque Essentiam includunt formaliter.

III. *Visibilitas DEI*

DAtur visio DEI intuitiva, in Intellectu per lumen gloriæ elevata;
Quæ inæqualis est secundum inæqualitatem luminis, non intellectus;
Atque animabus plenè purgatis, ex hâc vitâ decadentibus, statim conceditur.

IV. *Scientia simplicis Intelligentia*

VErſatur circa res possibiles sub ratione præcisâ possibilitatis,
Est causa rerum creatarum, scilicet directiva;
Per eam DEUS cognoscit creature possibiles tum mediatè in suâ essentiâ, tum im-
mediatè in seipsis.

V. *Scientia Visionis*

COntemplatur res omnes absolutè pro aliquâ temporis differentia existentes;
Futura libera cognoscit DEUS in ipsâmet eorum entitate;
Divina Futuronum præscientia nihil officit eorum libertati.

VI. *Scientia Media*

PRaeter scientiam simplicis intelligentiæ & visionis necessariò admittenda est;
Qua certò & infallibiliter DEUS cognoscit futura libera conditionata;
Non in decreto subjectivè absoluto, objectivè conditionato, sed in se ipsis.

VII.

VII. *Prædestination & Reprobatio.*

DEUS vult verè & serio omnes homines salvos fieri.
Non prædestinat ad gloriam sntè merita absolute prævisa ;
Nec reprobatur aut reprobare potest ; nisi post absolutam prævisionem demeritorum.

VIII. *Mysterium Sanctissima Trinitatis*

SOlo lumine naturali ne probabiliter quidem cognosci potest ;
Dantur in Trinitate una Essentia ; duas processiones , tres Personæ ; quatuor relationes ;
Contradictoria inter relationes & essentiam apparentia per solam distinctionem rationis à contradictione vindicantur.

IX. *Processiones & Personæ divine.*

Principium formale proximum Processionum est sola proprietas relativa ;
Verbum procedit ex cognitione essentiæ , Personarum , attributorum , & creaturarum possibilium.

Spiritus Sanctus non distingueretur realiter à Verbo , si ab eo non procederet.

X. *Angeli.*

Existentiam Angelorum fides docet , non autem ratio naturalis demonstrat ;
Qui fuerunt creati cum Mundo corporeo ;
Et cognoscunt omnia naturalia præter secreta cordium.

XI. *Meritum & demeritum Angelorum.*

Gratiam sanctificantem omnes de congruo meriti sunt in primo creationis instanti ;
Primum rebellium Angelorum peccatum fuit superbia ;
Hujus objectum fuisse videtur unio hypostatica , quam suæ naturæ ambiverunt.

EX PRIMA SECUNDÆ.

D E

BEATITUDINE , ACTIBUS HUMANIS , PECCATIS & GRATIA.

XII. *Beatitudo*

Objecliva est solus DEUS , formalis sola visio DEI ;
Regnum Milleniorum fabula est ;
Voluntas Beatorum est ab intrinseco impeccabilis.

XIII. *Libertas*

Ad libertatem indifferentie non sufficit immunitas à coactione , sed insuper requiritur immunitas à necessitate ;
Datūr hæc libertas etiam in statu naturæ lapsæ contra HH. nostri temporis ;
Prædeterminatio physica aliena videtur esse à mente D. Thomæ & concilii Tridentini

XIV. *Moralitas actus humani.*

Dantur actus morales indifferentes quoad speciem , non tamen in individuo
Regula moralitatis prima & remota est lex æterna DEI ,
Proxima est conscientia , cuius dictamen ultimum debet esse practice certum.

XV. Peccatum

Est exercitium libertatis contra legem DEI,
Purè Philosophicum implicat in agente Morali;
Peccatum Commissionis consistit in positivo, Omissionis in negativo.

XVI. Mortale & Veniale.

PEcceatum univocè dividitur in mortale & veniale; est contrà Iovinianum & Pelagium;
Veniale utcunque multiplicatum non potest fieri mortale,
Mortale non est malitia simpliciter infinita.

XVII. Habituale & Originale.

Habituale est ipsum actuale præteritum moraliter perseverans,
Originale est peccatum physicè ab Adamo; moraliter à nobis in ipso ut capite
moralí commissum.

Contrahunt hoc omnes viâ naturali descendentes ab Adamo, exceptâ Beatâ Virgine.

XVIII. Gratia Excitans & Adjuvans.

Gratia excitans consistit in actibus vitalibus indeliberatis, sive in illustratione in-
tellectus & inspiratione voluntatis;
Adjuvans in habitu supernaturali, vel assistentiâ DEI speciali extrinsecâ,
Hac physicè, illa moraliter influit in actus salutares.

XIX. Gratia sufficiens & Efficax.

Datur in statu naturæ lapsæ gratia merè sufficiens;
Efficax à sufficiente non distinguitur entitatè & intifsecè;
Efficacia consistit in vi quâdam infallibiliter inferendi effectum, quam gratia habet,
prout substat scientiæ DEI mediae.

XX. Sanctificans & Meritum.

Sanctificans est qualitas intrinsecè permanens formaliter expellens peccatum; &
ab habitu charitatis realiter distincta;
Meritum aliud est congruum, aliud condignum; hoc dicit æqualitatem cum pro-
mio, non illud,
Nec prima gratia habitualis, nec prima gloria eadit sub meritum condignum.

XXI. Lex.

Nulla potest propriè dispensare potest in lege naturali,
Humana tam civilis quam Ecclesiastica potest inducere obligationem etiam sub
mortali in materiâ gravi,
Ecclesiastica præcipere & prohibere potest actus merè internos.

EX SECUNDA SECUNDÆ.

DE

VIR TUTIBUS.

XXII. Objectum fidei

Materiale proximum & adæquatum est omnis & sola veritas à DEO revelata;

Fidei

Formale est authoritas DEI, prout constituitur per primam veritatem in cognoscendo simul & loquendo ;
Revelatio externa est objecti formalis pars minus principalis.

XXIII. *Revelatio*

Aparens & purè existimata, aut virtualis non sufficit,
Sufficit formalis implicita & universalis,
Hinc fide Divinâ credibile est Benedictum XIV. esse verè Pontificem.

XXIV. *Judicium & motiva Credibilitatis*

Ad fidem supernaturalem prærequiritur essentialiter Judicium evidens credibilitatis
In Rudibus sufficit evidencia respectiva ;
Motiva credibilitatis fidem nostram Catholicam faciunt evidenter Credibilem.

XXV. *Resolutio fidei.*

Fides divina non resolvitur ultimò in lumen fidei, aut illustrationem internam :
Nec in motiva credibilitatis & Auctoritatem Ecclesiae,
Sed in primam veritatem revelantem

XXVI. *Certitudo & obscuritas Fidei.*

Actus fidei supernaturalis est certior quoçunque assensu naturali ;
Componi potest in eodem intellectu circa idem objectum materiale cum actu
scientifico ;
Imò idem indivisibilis actus potest esse scientia & fides supernaturalis.

XXVII. *Sacra scriptura*

Est vera & infallibilis regula fidei ;
Quæ tamè multis in locis obscura est ;
Genuinum ejus sensum edocet non spiritus privatus, sed Ecclesia.

XXVIII. *Traditiones.*

Præter scripturam debent admitti traditiones ;
Quæ in dogmatibus fidei æque infallibles sunt, ac ipsa scriptura ;
Traditiones igitur rejectæ in scripturâ fuerunt Traditiones Phariseorum.

XXIX. *Ecclesia*

Una tantum datur vera & salvifica Ecclesia Christi ;
Quæ est ipsa Ecclesia Romano-Catholica ;
Cujus membra non tantum sunt Justi, sed etiam peccatores.

XXX. *Romanus Pontifex*

Succedit D. Petro, tanquam verus Christi in terris Vicarius, & visibile caput Ecclesiae in supremâ potestate ;
Primatus jure divino annexus est episcopatu Romano ;
Pontifex extra Concilium definiens ex Cathedra errare non potest in decidendis
Q. fidei, morum, & facti dogmatici.

XXXI. Concilium Oecumenicum

Summi Pontificis, non autem Imperatorum vel Regum est, congregare concilia, & in eis præsidere ; Falli & errare Concilia possunt, si non accedat Papæ auctoritas ; Ad Concilium generale ex jure divino sunt soli episcopi cum voto decisivo vocandi

XXXII. Spes & Charitas

Speci objectum materiale est Beatitudo tam formalis quam objectiva : formale bonitas DEI respectiva, & virtus auxiliatrix DEI promittentis ; Cum revelatione damnationis assertoria & absolutè credita stare nequit spes salutis æternæ.

Objectum materiale primarium charitatis Theologicæ est DEUS. Formale Bonitas DEI absoluta.

XXXIII. Justitia

Juxta ulpianum est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi ; Distributiva graviter obligat ad conferenda beneficia Ecclesiastica curata digniori ; Vindicativa non permittit judici occidere certò innocentem, et si probetur nocens.

XXXIV. Dominium quoad Clericos

Competit Clericis beneficiatis in bona superflua ; Quæ non ex Justitiâ, sed præcepto sunt in usu pios expendenda ; Quare bonis illis inutiliter expendendis graviter peccant.

XXXV. Dominium Religiorum.

Religiosus solenniter professus est incapax omnis dominii in res temporales ; Incapacitas domini in professo oritur ex solo Jure Ecclesiastico ; Quæcunque bona Monasterio obtingunt ratione professi, immediate Monasterio acquiruntur.

XXXVI. Contritus

Probabilius est nonnullos contractus jure humano invalidos firmari juramento : Gravi metu extorti jure naturali validi sunt, modo & positivo regulariter, sed tamen rescindibiles ;

Error & dolus antecedens substantialis contractum irritant.

EX TERTIA PARTE.

D.E.

INCARNATIONE & SACRAMENTIS,

XXXVII. Possibilitas & existentia Incarnationis

Incarnationis possibilitas & existentia gentilibus evidenter sit credibilis per motiva credibilitatis ;

Contra

Contra Iudeos etiam efficaciter probari potest :
Necessaria tantum fuit ex suppositione condignæ satisfactionis pro peccato ponendæ.

XXXVIII. *Causa Incarnationis.*

Causa ejus finalis adæquata fuit humani generis redemptio ;
Efficiens physica & principalis tota & sola sanctissima Trinitas ;
Meritoria nec fuit , nec esse potuit Christus aut ejus humanitas.

XXXIX. *Satisfactio Christi*

Fuit non solum condigna & superabundans pro peccatis totius mundi ;
Sed valoris quoque simpliciter infiniti ob infinitatem Personæ operantis
Non tamen actus rigorosæ iustitiae.

XL. *Sanctitas substantialis.*

Humanitas Christi sanctificata est & sancta sanctitate substantiali increata ;
Non sola Personalitas tū virtualiter & ratione distincta à Deitate ;
Sed etiam ipsa Deitas sanctificat naturam humanam formaliter & immediatè.

XLI. *Libertas Christi.*

Libera fuit voluntas creata Christi libertate indifferentiæ etiam ad actus perfectio-
nis inæqualis ;
Stetit libertas hæc ; uti & impeccabilitas cum præcepto stricto moriendi ;
Conformis erat voluntas humana in omnibus divinæ quoad actus absolutos & efficaces.

XLII. *Sacramenta.*

Sacramenta sunt septem ;
Et causant moraliter gratiam justificantem **ex opere operato** ;
Pars constitutiva Sacramenti est intentio ministri faciendi , quod facit Ecclesia.

XLIII. *Baptismus & Confirmatio.*

Baptismus necessarius est necessitate medii , vel in re , vel in voto ;
Cujus materia est aqua elementaris ; forma semper fuit explicita sanctissimæ
Trinitatis invocatio ;
Confirmationis Minister ordinarius est solus Episcopus , ex commissione summi Pon-
tificis etiam simplex fæcerdos.

XLIV. *Eucharistia ut Sacramentum.*

Materia ejus remota est panis triticeus , & vinum de vite ;
Panem azymum ipse Christus in ultimâ cœnâ consecravit ;
Verba essentialia primæ consecrationis sunt hæc : hoc est corpus meum ; secundæ :
hic est sanguis meus ; quæ proferuntur recitativè & assertivè ;

XLV. *Eucharistia ut Sacrificium.*

Missa est verum & propriè dictum N. L. sacrificium ;
Hujus sacrificii essentia consistit in solâ consecratione ;
Extra sacrificium non est à DEO præcepta communio sub utrâque specie.

XLVI.

XLVI. Pœnitentia

Componitur ex contritione , confessione , & absolutione , seu partibus essentialibus ; satisfactione ut parte integrante compleetur ;
Ad Sacramenti valorem sufficit attrito etiam cognita ut talis ;
Validum & informe Sacmentum non datur.

XLVII. Confessio & Absolutio.

Confessio est Juris Divini necessaria necessitate medii vel in re , vel in voto ;
Probabile est circumstantias merè aggravantes intra eandem speciem non necessariò in confessione explicandas esse ;
Absolutio consistit essentialiter in his vel similibus verbis : *absolvo te à peccatis.*

XLVIII. Extrema Unctio & Ordo.

Extrœma Unctionis materia est oleum olivarum ab Episcopo benedictum ; de Essentiali formæ est , ut sit deprecatoria ;
Ordinatio episcopi probabilius est Sacmentum distinctum à simplici Sacerdotio .
Ad completam ordinationem Presbyteri in Ecclesiâ Latinâ necessaria est necessitate Sacramenti duplex materia partialis cum duplice formâ partiali.

XLIX. Sponsalia

VAlida producunt impedimentum publicæ honestatis perpetuum ;
Metu gravi iniustè incusso extorta valent ;
De futuro validè contracta obstant valori posteriorum itidem de futuro contractorū .

L. Matrimonium.

Minister illius non est Parochus ;
Matrimonium ratum dissolvi potest per dispensationem Pontificis , aut per professionem religiosam ;
Consummatum nullo modo est dissoluble ; ita definitum in Can. 7. Trid. Sess. 24.

O. A. M. D. G.

